HINCMARUS REMENSIS. BEDA VENERABILIS. WALAFRIDUS STRABO. ISO SANGALLENSIS. BEDA VENERABILIS. HERMANNUS CONTRACTUS. HIERONYMUS

Mitte 12. Jh. Seite 45r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36571
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



generatione nusquam utriq; codices discrepant. Hunc enoch non nulla
diuine scripsisse iuda apostolo attestante comperimus. Sed ut beatus augus
tinus dicit non frustra non sunt in canone eo scripturarum qui seruabatur in
templo hebrei populi succedentium diligentia sacerdotum. nisi quia ob anti
quitatem suspecte fidei iudicata sunt. nec utrum hec essent que ille scripsisset
poterat inueniri. Vnde illa que sub eius nomine proferuntur continent
illas de gigantibus fabulas quod non habuerint homines patres recte a pru
dentibus iudicantur non ipsius esse credenda. de. lxxx. vii.

Enoch annorum lx. v. genuit matusalam. Post cuius ortum ambulauit cum deo
ccc. annis. Septuaginta ante natum matusalam posuerunt. c. lx. v. annos.
postea. ccc. Et bene in septima generatione enoch qui interpretatur dedicatio
tulit a mortalibus deus. quia ciuitas electorum in sex mundi huius etatibus pro deo la
borans in septima futuri mundi gloriam dedicationis expectat. Ad quod
reprobri sola presenti sunt felicitate contenti. Cain ciuitatem quam statuit non
in vi. generatione sed in primogenito filio enoch consecrat. dccc. lxx. iiii.

Matusala annorum. c. lxxx. vii. genuit lamech. Cui superuixit annos
dcc. lxx. ii. usque ad diluuium. Septuaginta ante natum lamech. c. lx. vii.
ponunt annos. postea. dccc. et ii. Qui numerus ut lector facillime uide
bit. iuxta hebraicam ueritatem. xx. annis. iuxta ipsorum uero auctoritatem
xiiii. annis diluuii tempora transit. De qua famosissima questione
doctissimi patres hieronimus in libro questionum hebraicarum. augusti
nus in libro de ciuitate dei. xv. plenissime disputant. m. l. vi.

Lamech annorum. c. lxxx. ii. genuit noe. Cui superuixit annis. d. xc. v.
Septuaginta ante natum noe ponunt annos. c. lxxx. viii. et postea
d. lx. v. In hac sola generatione summa uniuersitatis discrepat. quia. xx. et
iiii. annis plus uixisse lamech in hebreis quam in. lxx. translatorum
codicibus inuenitur. m. dc. l. vi. Noe anno. dc. uenit dilu
uium mense secundo. xiiii. die mensis. Sane de differentia annorum inter
pretum auctoritatem ne quis nos laceret nouas mouisse questiones.